

Wittenberg:
Commentatio iuris pen-
dali.



2

F

C 228

0002

F. 4. num. 10.

25. 18

OTTONIS AMANDI WWESTENBERG

SEDINENSIS

COMMENTATIO

IVRIS FEVDALIS GENERALIA

DE

REBV^S INFEVDANDIS

CONTINENS

ATQVE REINFEVDANDIS.

7/ 328



76740°

HALAE,

LITTERIS BEYERIANIS MDCCCLXXIV.



OTTONI AVANDI MASSSTABES

1480

COMMUNICATIO

REBUS IN EVA
DANDIS

ATQUE REINTEGRIS

REINTEGRIS
CANTAB

V I R O
SVMME REVERENDO
HENRICO AMANDO
WWESTENBERG

PASTORI PRIMARIO ECCLESIAE PALAEO STETINENSIS
STI IACOBI; SCHOLAE SENATORIAE EPHORO NEC NON SCHO-
LAE MINISTERIALIS DIRECTORI, REVERENDI MINISTERII SENIORI, RE-
GIAEQVE QVAE GRYPHISWALDIAE FLORET SOCIETATIS TEVTONICAE
SODALI &c.

PATRI SVMMA PIETATE
VSQVE AD CINERES COLENDO.

HEINRICO AMANDO
MAESTERNBERG
SVMME REVERENDO
KIRCHENPASTORI
PASTORI PRIMARIO BEGRIEBE FALLOU STETTINER
SII WOCHE SCHOF VE SENATORNE PTHOD. NOA SCHO-
LAE MUSICOLOGIA TUTTODAY, PASTORUM PRACTICARUM
CULTUS Vnde CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA
SCHOLAE Vnde CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA
CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA
CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA
CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA
CANTORUM CANTUS CANTATAN SITVNGA

PARENTES CARISSIME
ATQVE SVMMOPERE VENERANDE



Iam præterlapsum est tempus ad
addiscenda litterarum studia mi-
hi a TE indulgentissime Pater
benignissime destinatum; iam iussus tuus
mihi sanctissimus ad paternos tuos am-

plexus; iam Patria dulcissima ad sua me reuocat
seruitia; sed iam animo meo quoque vitæ meæ
præsertim academicæ peractum curriculum per-
uolanti atque percogitanti omnis subit copia ar-
duorum beneficiorum summa TVA liberalitate in
me collatorum. Quid TIBI optime Pater omnia,
atque singula TVA in me merita contemplans
debeo! Quidquid sum, quidquid habeo ea
omnia me TIBI debere confiteor; et o quis um-
quam meliore atque benigniore gauisus est pa-
tre! quæcunque quæ rogaui dedisti, dedisti sæ-
piissime plura, quam rogare ipse ausus sum. Vti-
nam sat dignis laudibus TVAM in me munificen-
tiam extollere possem; vtinam sat mihi verba
forent, quibus animum meum gratissimum TI-
BI delinearem. Sed nosti animum meum; ipse

enim

enim cum formasti, ipse exinde colliges, quan-
tas easque in imo pectore conditas atque fixas
fouere debeat gratias. Offero tibi hic publicum
et licet exiguum sane tamen indubitatæ meæ in
TE pietatis filialisque affectus documentum,
quod ut ea aspicias fronte qua quum adhuc tecum
versarer iuueniles meos labores aspicere solitus
eras, piis a TE precor precibus. Vale indulgen-
tissime Pater! Aliquot nunc modo adhuc heb-
domadum spatium benignissimis TVIS manibus
oscula figere me prohibit. O exoptatum diem
o dulcissimum momentum, quo mihi reduci in
Patrios lares brachiis TVIS porrectis advolare li-
cebit. Deus TER optimus maximus pia mea ex-
audiat vota; TE incolumen servet; TVA salua
incolumentate et integritate et mea erit; det

1400

TIBI



tibi longam quam mereris vitam; inde mea
tranquillam, letam atque iucundissimam sene-
tutem, ut animo sua sorte quam maxime con-
tentio diutissime gregem curae tuae a summo
numine demandatam pascere, nostrumque opini-
um, qui te liberorum amore prosequimur gau-
dium esse possis atque decus. Futurus usque
ad extremum vitae meæ halicum.

PATER DILECTISSIME

o difficultatum momentum, quo mihi reduci in
Iustitiae pietatis piaegiis tuis portegiis salvatori ex-
cepit. Deus tunc obtinens maximus pars mea ex-
equie loca; et incolumente Geraret; tunc filii
Filius tuus obedientissimus.

III

COM-



COMMENTATIO

IVRIS FEVDALIS GENERALIA

REBV^S INFEVDANDIS

CONTINENS

ATQVE REINFEVDANDIS.

§. I.

De quo scriberem diu haesitanti mihi atque fluctuanti nulla sese magis commendauit materia, quam de qua me acturum esse titulus commentationi huic inscriptus edocet. In tanta sane nunc temporis obvia dissertationum commentationumque copia herculeum fere est opus materiam inuenire nondum exaratum. Licet et quam nos eligimus materiam hasce pertulisse vices, iamque Arumaeum quemdam *) sicut et Stur-

A

mium

niuum**) atque Reuterum Würtembergensem ***) de ea egiſſe
ſatis oſtendat Lipenii bibliotheca iuridica, nos tamen oleum ope-
ramque perdituros littusque eſſe araturos non purauimus, quum
ſcripta horum ICtorum ad hanc materiam ſpectantia perquam ra-
riſſime inueniri, quam maxime certi ſimus atque conuieti ****);
eui adhuc accedit, quod hi viſi latiſſimum forſan campum ſingu-
larum rerum infeudandarum excoſuerint nos vero ſaltim generali
theoria exhibenda contenti, quaeftiones forte proposuerimus ab
iis non deciſas.

*) in diſſ. feudali quarta de rebus, quae in feudum dantur. Jen. 1620.

**) in diſſ. de rebus, quae in feudum dari poſſunt. Vitel. 1636.

***) in diſſ. de materia feudorum ſeu rebus, in quibus feudum conſtitui et
conſiſtere poſteſt. Vitel. 1618.

****) Sane ne vilani quidem harum diu multumque a nobis hic in praefan-
tium bibliothecis quaefitarum inueniendi nobis obiigit copia.

§. II.

Obiectum commentaryis noſtræ eſſe res, quæ infeudari
et reinfeudari poſſunt diximus. Noſtri itaque erit, vt quilibet
facile colligeret describere, quid ſit infeudatio quid reinfeudatio; et
tum demum quales res infeudandæ atque reinfeudandæ eſſe de-
beant. Quamobrem ita quoque noſtrum iſtituemus laborem, vt
primo de infeudatione atque reinfeudatione, et dein de rebus in-
feudandis et reinfeudandis ipſis loquamur.

§. III.

Infeudatio a plerisque definiſi ſolēt quod ſit conſtitutio feudi.

Aſt

Ast si verae istae sunt logicae propositiones: definitio tua primo quoque intuitu sit distincta, definitio tua non sit rotunda, sane male definiuisse sic definientes quis est qui non videat. Quisque enim, cui haec praebebitur definitio nunc adhuc omni plane idea distincta substitutus ulteriorem quaestionem praeponet, quid nimis sit feudi constitutio. Nos itaque rotundam euiraturi definitionem eam inseudationis exhibemus definitionem, quam forsitan exhiberet, ex quo nunc porro quaereretur, quid sit constitutio feudi, nempe quod sit actus, quo ex allodium sit feudum.

§. IV.

Inseudatio ergo est actus, quo ex allodium sit feudum (per §. antec.). Iam vero ea vel ratione eius consideratur, qui feudum concedit seu ratione domini, vel non seu ratione eius, cui feudum conceditur seu qui feudum acquirit seu uno verbo ratione vasalli. *Priori in casu inseudatio est actiue sumta. Post: in casu inseudatio passiue sumta.* Ex hisce quoque legitimo modo sequitur, rem in feudum datam dici posse *inseudatam*, seu etiam *inseudandam* si rei quae inseudari debet inseudatio nondum accessit; feudum constituentem seu dominum feudi vero denominari posse *inseudentem*. Vasallum inseudatum (beleht) seu etiam inseudandum denominare possem, prout nimis vel iam inuestitura accessit vel non, seu si maius, prout vel iam actu domini vasillus est factus vel non seu tantum futurus adhuc domini est vasillus, si usui loquendi conveniret, quum homo inseudari minus apte dicitur,

A 2

et



et hoc verbum tantum de rebus vistitatum est. Terminus visu
loquendi convenientis isque legalis in datu casu potius est *inuesti-
tus* et *inuestiendus* sicut et dominus appellari potest *inuestiens*.
§. V.

Ponamus futurum domini vasallum, seu inuestiendum in aliquo fe
sundet necesse est, ex quo se se aliquando domini cuiusdam vasallum
factum iri colligit; hoc ipsam vero vel spes futurae successionis esse
potest, vel spes praescriptionis, vel quoque declaratio domini se
feudum in eum esse collaturum. Iam vero actus, quo declaro
me aliquid esse praefiturum est *promissio in genere*, actus vero
quo quis a quo concessio feudi dependet *) declarat se rem sub
nexu feudali in alterum esse collaturum est *promissio feudi ***). Ergo exinde stuit tam futura successione et praescriptione, quam
quoque feudi ^{uesti} promissione, spem ab aliquo conceptam se se feudo
aliquo in factum iri expleri posse.

*) qui tam dominus quam prodominus esse potest, ita scilicet, ut etiam universtatem quo concessio feudi dependet dominum nuncupemus.

**) Sunt qui promissionem feudi sic definit, quod sit conuentio, qua
infusatio promittitur. Ast si vila vnguam definitio mibi dignior
vita est, quae reprehendatur, sane haec est. Ne dicam hic idem per
idem definiti, quam ipsa definiti verba in definitione iterum occur-
runt, definitionem latiorem esse suo definito, quis non intelligit.
Quem enim latet ictum conuentiōnem in iuribus nostris semper non
solum promissionem denotare, sed potius promissionem iam actu ab
altero acceptataam (vid. §. 7.)

§. VI. Promissio feudi est actus (per §. antec.), quo quis, a quo
concessio feudi dependet, declarat se rem sub nexu feudali in al-

terum esse collaturum. Iam vero implementum huius promissionis vel ab euentu quodam ut incerto spectato dependet vel non. *Priori in casu est promissio conditionata* *). *Post: in casu promissio pura.* Iam simulac ex nobis quaeres, quid de feudo statuendum sit sub conditione aliqua promisso. Profecto si ex iure feudalii huius quæstionis decisionem desumere nobis iniungeretur, aqua plane nobis in hac causa haereret. Sed quem fugit ista II. F. 1. dispositio silentibus statutis LLbusque tam prouincialibus quam feudalibus ad ius recurrendum esse subsidarium scilicet romanum. Prono itaque exinde sequitur alueo omnem istam theoriam in iure romano satis prolixam de conditionibus hic applicari debere, easdemque hic obuenire distinctiones inter conditionem et modum et conditions suspensiuas, resolutiuas, possibiles, impossibiles, perplexas, turpes, casuales, necessarias, potestatiuas et mixtas.

* Species huius promissionis est expectatio feudalii simplex cui nimur nondum investitura eventualis accessit. Quam enim expectatio feudalii aequa ac investitura eventualis ab euentu incerto dependent, utraque sua natura conditionata est promissio.

§ VII.

Iam nunc ponamus feudi promissionem esse factam, vel is cui promissio haec facta est, eam acceptat vel non. *Priori in casu conuentionem de feudo constituedo habebis, seu contractum feudale, seu pactum feudale.* *Post: vero in casu promissionem*



feudi in specie. Valdopere inter DD male applicantes II. F. 1. est disceptatum *), ad quamnam contraetuum classem hicce referendus sit contraetus feudalis, nimirum an sit realis, an verbalis, an consensualis, an litteralis; quid? quod an nominatus an innominatus, an stricti iuris an bonae fidei. Sed si quid ego sentiam loqui fac est, persuassimum me habeo frustraneum istos DD suscepisse opus. Quid enim quaeso iuri feudali immisceamus diuisiones, quas plane ignorat; quid formas ciuiles in contraetibus obseruandas, quas non nouit. Et sane si quoque affatim liberales essemus et concederemus, eum esse contractum consensualem et consensum ab vtraque parte tam ab inuestiente, quam ab inuestiendo accedere debere, immo eum esse contractum nominatum et bonae fidei, minime gentium tamen summa atque ardua ista inter hosce contractus in iure romano statuta discrimina hic locum inuenient. Neque adeo vilis iuris Romani auctoritas est, vt ope eiusdem rebus luce clarioribus quasi noctem quamdam offundamus.

*) Vid. Erici Mauricii posit. feudal. VII. §. IV.

§. VIII.

Infeudatio est actus, quo ex' alladio fit feudum. Quaeritur nunc quibus modis ex alladio feudum fiat. Duo mihi tantum tibi enumerare licet, nimirum vel per inuestitaram vel per praescriptionem II. F. 53; eam praeterea infeudationem *expressam* hanc *tacitam* recte denominari posse mihi videtur. Inuestitura enim

enim nihil aliud est, quam ipse actus solennis, quo possessio feudi expresse transfertur. Dividitur enim quidem in *propriam* et *impropriam*, seu *abusuam* prout nimirum vel rei possessio interueniente actuali illius traditione transfertur, vel non seu tantum interuenientibus symbolis; sed semper tamen expressa feudi aderit traditio, quum contra per praescriptionem tantum tacite mihi res in feudum defertur. Omitto hic vberiorem tractationem de inuestitura eiusque speciebus atque de praescriptione a fine nostro plane alienam, et iam ad ceteras infederationis species progredior.

§. IX.

Infeudatio nempe refertur vel ad dominium rei infeudandae vel ad eam rei infeudandae qualitatem vtrum nimirum iam semel in feudum sit data vel non. *Priori in casu* sequenti distinguas ratione: dominium eius rei nimirum vti aiunt directum vel ipse habet is, qui alterum ea inuestit vel non. *Ilo in casu est infeudatio per dationem.* *Hoc in casu* vel is, qui feudum accipit dominus est rei infeudandae, cuius vero dominium nunc ab eo tamquam inuestito ad inuestiendum transfit vel non. *Priori in casu infeudationem per oblationem* habebis. *Post: in casu infeudationem rei alienae.* Iam vero haec res aliena vel est ipsa res, qua alter iam est inuestitus, qui vero nunc iterum alterum ea inuestit vel non. *Ilo in casu est subinfeudatio.* *Hoc in casu infeudatio rei alienae in specie talis.* Si vero infeudatio ad eam rei infeudanda

re-



refertur qualitatem, utrum iam semel in feudum data sit aut non, sic distinguendum est: vel feudum sit ex allodio, quod iam antea erat feudum, vel non seu ex allodio, quod nunquam fuit feudum, feudum sit. - *Priori in casu reinfeudatio erit; Post: in casu vero infeudatio prima.*

§. X.

Infeudationis eiusque specierum conceptum nunc eruimus, nihilque nobis amplius supereft, quam ut iam ad ipsas res, quae infeudari et reinfeudari possunt, progrediamur. Et hic triplex fere nobis offert diuisio. Alia enim est quaestio: quaenam res in genere possint infeudari; alia quaenam res dominum ipsum intuitu rei in feudum datae securum reddunt; alia demum, quaenam res sint reinfeudandae. De singulis quaestionibus sigillarim itaque nobis erit agendum.

§. XI.

Si ergo primo quaeritur: quaenam res possint infeudari, nos quidem respondemus, omnes res, quibus ea inest qualitas, ut alicui tamquam emolumentum concedi possint sub conditione fidelitatis singularis praestrandae; iam vero tales res in genere nominantur *res ad infeudandum capaces*, ergo einde sequitur: *omnes res ad infeudandum capaces posse in feudum dari.*

§. XII.

§. XII.

Si res tantum in feudum dari possunt per §. ant. quae alicui tamquam emolumendum concedi possunt sub conditione fidelitatis singularis praestandae, iam satis atque abunde exinde intelligitur, res alienari prohibitas obiectum feudi esse non posse, et ergo 1) nec res plane extra commercium positas per ipsam II. F. 3. §. 1. dispositionem, nec 2) res in quas nobis nullum ius competere non ignoramus, 3) ius nostrum in re aliena nobis competens tam diu infundari posse, quamdiu nobis tamquam dominis iuris infundati competit, eoque extincto etiam feudum esse extinetum, ita ut semper alterius ius saluum sit, cuius exemplum est fundus dotalis, qui durante matrimonio semper quidem infundari poterit a marito, salvo vero iure vxoris eam dein repetendi.

§. XIII.

Inter alias infederationis species etiam supra (§. 9.) rei alienae infederationem statuimus. Iam quaestio occurrit, an quoque res aliena obiectum esse possit infederationis. Sane licet primo intuitu hicce conceptus recens et simul contradictorius videretur, quo minus eum nihilominus statuam non video quid me impedit. Certe eam rei alienae infederationem, quae ita comparata est, ut inuestitus alterum denuo ea re inuestiat, seu uno verbo subinfederationem locum habere posse, nemo negabit propter ipsam II. F. 9.

B.

et



er II. F. 34. §. 2. dispositionem.¹¹ Sed iam ponamus res, quae nec ad dominum inuestientem nec ad vasallum inuestitum pertinent, num ipsas non nisi ab ipso domino rei alteri in feudum dari et offerri posse putabis? Ego saltem profecto tecum hoc confiteri non considerem. Quid enim quaeso, si creditor quidam, cui in securitatem crediti res quaedam esset oppignorata sub pacto antichretico, quid, inquam, si idem creditor hancce rem ipsi oppignoratam alteri cuidam dedit in feudum ea sub conditione, ut si res relueretur, rem redderet in feudum datam omnisque nexus feudalis cessaret. Nonne hic res aliena in feudum esset data, nonne in dato casu infeudatio rei alienae adesset? Ius enim rem quan-
dam in feudum dandi eatenus denegari nemini potest, quatenus ille de emolumentis ex illa percipiendis disponere potest. Atqui tale ius creditori antichretico competit, ergo eidem ius rem alienam infeudandi. Nihil enim tali infeudatione nisi ius fructus nomine creditoris percipiendi conceditur.¹² Suo quidem nomine viti-
larem percipiendi ipse adeo usufructarius facultatem recte dabit.

§. XIV.

Quaenam res infeudari possint perspeximus. Ponamus itaque tales res seu in genere res ad infeudandum capaces, vel his ipsis in dato casu domino securitas conciliatur intuitu rei suae in feudum datae dominii, seu sese eius non esse laturum iacturam, vel non. Priori in casu res sunt ad infeudandum idoneae. Post:

in

in casu res ad infeudandum minus idoneae. Iam si nunc quaeritur, quae nam res ad res referri possint quae ad infeudandum sunt idoneae, quisque intelligit ad has referri posse: 1) *res immobiles tam per se quam intellectu iuris tales* 2) *iura* 3) *deum rēs mobiles intuitu quarum cautio praefatur.* Et hic quamcunque cautionem sufficere putamus, sive sit iuratoria sive pignoratitia sive hypothecaria sive expromissoria et fideiussoria, dummodo per eam dominus rei infeudandae intuitu eius securus reddatur. Ex ipsa enim re infeudata mobili domino nulla securitas prouenire potest, necesse est ergo aliud quid illi accedat, quod domino securitatem comparat.

§. XVI.

Rem mobilem rem ad infeudandum idoneam fieri posse probauimus (§. ant.), si nimur sit res quidem mobilis ait intellectu iuris immobilis, aut si intuitu eius cautio praefatur. Quid vero num res mobilis nulla plane harum adiectarum qualitatum gaudens nunquam infeudari poterit? Profecto si. II. F. 1. euoluis, feendum non nisi in rebus immobilibus consistere posse inuenies, sive res immobiles in specie sint, sive intellectu iuris tantum tales sint. Sed si quid res sit fateri debo, ego quidem existimo, feudistam hic tantum de naturalibus feudi esse loquutum. Si enim rem meam pro lubitu alienari mihi licet, quidnam mihi prohiberet, quo minus etiam rem meam mobilem in feendum dem; quid? quod nonne

eriam rebus mobilibus omnia feudi essentialia inesse possunt, et num forsan interessentialia referre conaberis eam rei insefidandae qualitatem, vi cuius sit immobilis. Sane si hoc statueres an ICtus esses haecitarem.

§. XVI.

Res mobilis inseudari potest per §. antec. Exinde colligere potes 1) rem tunc non esse rem ad inseudandum idoneam sed tantum ad inseudandum capacem. 2) Feudum in dato casu esse impropprium, quia naturalia eius sunt immutata 3) rem tam fungibilem quam non fungibilem inseudari posse 4) rem fungibilem ita inseudari ut finita inseudatione tantumdem ex eodem genere domino restituatur 5) rem non fungibilem inseudatam in specie esse restituendam 6) non absolute opus esse cautione, tam si res fungibilis quam non fungibilis inseudata, sed plane in dominorum esse arbitrio, ytrum cautionem sibi praeflari velint an non.

§. XVII.

Iam demum ad eas res prouenimus, que reinfeudari possunt. Reinfeudatio est actus, quo ex alladio feudum fit, quod iam antea erat feudum (§. 9.). Exinde sequitur 1) rem finita inseudatione non amplius feudum esse sed allodium 2) res solum posse reinfeudari, quae iam olim inseudatae, feudum vero esse desiere et domino rursus apertae sunt; iam vero quum res olim modo indec
legi-

legibus praescripto infeudatae et nunc domino iterum aper-
tae res vocantur *infeudari solitae*^{*)}, solas res infeudari solitas ob-
iectum esse posse reinfeudationis; 3) res esse debere ad infeudan-
dum capaces, 4) nihil vero interest an sint ad infeudandum ido-
neae an non, 5) per rerum infeudari solitarum reinfeudationem in-
feudationem continuari, et feudum iam allodium factum denuo
feudum esse incipere.

*) Hanc definitionem veram esse et definitio suo adaequatam vberius expo-
nit Car. Adolph. Braun in diff. de re infeudari solitam Cap. 1. per
totum elegantius in §. 2. eiusd. Cap. addita explicazione termini
legalis: solare.

§. XVIII.

Quaeritur: an quotiescumque vasallus deceperit et successor
nondum inuestitus est feudo feudum intra hoc tempus sit allo-
dium factum. Secundum nostram sententiam minime gentium,
Si enim feudum esset allodium factum, nexus feudalis plane esset
sublatus, sin hoc, etiam ipsa res in feudum data rediisset ad do-
minum; iam vero feudum ad dominum non prius redire potest,
quam si domino est apertum, apertum vero in dato casu non est,
quia nondum ius eorum extinctum est, quibus feudum eadem
infeudatione est constitutum, ergo prono alueo exinde sequitur,
feudum in dato casu non in allodium esse reimmutatum, sed feu-
dum potius manere; quumque reinfeudatio sit actus, quo feu-
dum sit ex allodio, quod iam antea erat feudum, hocce vero sem-
per praeponat feudum apertum, extra omnem etiam dubitationis

B 3

posi-

positum est aleam, *succeſſorem*, quem LL ad ſucceſſionem vocant, feudo per ſucceſſionem ad eum delato non rem *reinfeudatam* ſed tantum *infeudatam* accipere.

§. XIX.

Coronidis loco duas hic adhuc ſubiiciamus queſtiones 1) quando res infeudari ſolita eſſe deſinat 2) quando rerum infeudari ſolitarum reinfedatio fieri poſſit. Quod ad priorem queſtio- nem, quisque facile perſpicit: rem infeudari ſolitam eſſe deſine- re, tam ſi res, quam ſi res feudalis eſſe deſinat, et ergo 1) per rei infeudatae totalem interitum 2) per conſolidationem tam in ſpe- cie ſic dictam, quam per appropriationem, prout niſi mirum res infeudata allodium eſſe incipiat vel in persona domini vel in persona vasalli. Iam vero neceſſarie ad conſolidationem in ſpecie ſic dictam requiritur, ut feudum ſit do- mino apertum. Quid nunc, vt et posteriorem queſtio- nem non indeciſam relinquamus, ſi feudum domino eſt apertum, num ſemper penes eum erit vtrum id reinfeudare velii an non? Distinguere ſolent DD. vtrum res infeudari ſolita iam in domi- nicum ſit redacta, id eft vtrum iam omni plane nexu feudaliter ſubla- to eam cum ceteris suis bonis allodialibus coimmiſuerit dominus an non. Priori in caſu reinfeudationem fieri non poſſe ſtatuant ob II. F. 35. et C. 2. X. de feud. licet posteriori in caſu concedant. Ego vero quidem cur huic ſententiae ſubſcribam, non video. Pri- mo enim II. F. 35. tantum de prodomino loqui, quisque primo colligit intuitu. Fac enim quemadam feudum ei apertum omni- alioq

ε A

nexu

nexus feudalii sublati, iam rem allodiam fecisse, quid quaeſo hunc impedies; quo minus hac si ei deusio liber, iterum alterum inuestiat. Num ei forsitan denegabis liberam de bonis suis disponendi facultatem? Non poteris hercule; et nonne hic ex allodio feudum sit, quod iam antea erat feudum, nonne hic conceptum habes reinfeudationis? Sed alia quaestio est an prodomini rem infeudari solitam iam in dominicum redactam reinfeudare possint. Negare hoc solent DD ob iam allegatas LL. Verum enim vero euolvas II. F. 35. quid quaeſo exinde pro eorum tuenda sententia appetet. Quidquid profertur de Archiepiscopo Mediolanensi quidem praedicari posse satis superque apparer, sed quid fibi verba in fine allegata volunt: *Profecto alii episcopi et clerici ea quae in dominico habent et feuda his aperta olim dederant et hodie dant.* Num specialeu casum in curia feudalii Archiepiscopi Mediolanensis obtinentem pro regula atque norma generali habere volumus? Equis non intelligit contrarium potius esse statuendum, quum indubitate fit iuris plurem vim atque auctoritatem attributendam esse consuetudini magis vniuersali quam speciali. Obiecties mihi forsitan Cap. istud allegatum. Sed quid hic ad nos ius canonicum, et sane, si quoque intuitu clericorum in genere illius dispositionem assumere vellamus, intuitu saecularium tamen prodominorum longe aliud quid esset statuendum. Quid nostra theoria sit forsitan quaeres, hic eam teneas: Res infeudari solita vel ex speciali ratione a reinfeudatione est excepta *) vel non. *Prior. in cas. reinfeudationem fieri non posse, Post. in cas. semper licere statuimus.*

*) Sic



*) Sic exempli gratia specialis ratio aderet, si testator qui primo rem suam
sub nexu feudal i in alterum transiit vasallum, domino sub quo feu-
dum apertum fieret, iniuriasset, ut feudum non reinfudaret, sed
cum alladio commisceret, et poenam iacturae dominii vi vocaret
directi illiusque translationis in alterum quendam adieceret si voluntati
suae contraveniret.

§. XX.

Iam finem hic benebole lector libelli huius vides. Quid
haec omnia in praxi forsitan inquies. Sane ipse concedo parum
utilitatis in praxim exinde esse redundaturum. Sed num de theo-
reticis scripsisse plane frustraneum est? quid quaeſo practicus sine
theoria? Plura ceterum maiorique adhibita diligentia scripsisse-
mus, niſi iuſſis patriſ iam academiæ academicis queſeſt laboribus va-
ledicendi obsequiumque huic debitum nos arcuſſet. Si hac excusa-
tione nondum contentus minus Serena fronte laborem nostrum ad-
ſpiceret, autorem iuueniem esse memor ſi opusque iuvenile, LL
vero aequitatis expotulare ut iuvenili aetati quam maxime
parcamus, iuvenileſque labores quam mi-
tiſſime diiudicemus.

K 1740 =

X 2311749

F. 4. num. 10.

25. 18
OTTONIS AMANDI WWESTENBERG
SEGINENSIS

COMMENTATIO

IVRIS FEVDALIS GENERALIA

DE

REBVS INFEVDANDIS

CONTINENS

ATQVE REINFEVDANDIS.

7/328



Kel 740 =

Farbkarte #13



HALAE,
LITTERIS BEYERIANIS MDCCCLXXIV.

